UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

LEGVM PON||TIFICIARVM GRE-||gorij noni, seu Decretalium pentateu-||chus

Mesnart, Martin

Parisiis, 1555

xx. De crimine falsi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-63486

Visual Library

tor. earum precia iis, à quibus extortæ erunt vſuræ, reſtituuntor.

Cæterùm quocunque modo aliquos vſura- 15.*Cum* rios eſſe manifeſtos conſtabit, iudex etiam nullo *in diœceſi.* adparente adcuſatore pœnam à concilio indictam in eos exerceto.

Quinimo non obſtante de non repetundis 13.*Tuas.* vſuris iuramento per debitores præſtito iudex ex officio vſurarios ad eas reſtituundas per cen. eccle. adpella. remota compellito.

De crimine Falſi. Tit. 20.

FALSVS teſtis deo, iudici, parti obnoxi⁹ eſto. 1.*Falſidi* Nedum autem qui mendacium deponit, ſed *cus.* & qui veritatem ſubticet, falſi reus eſſe intellegitor. Hæc quoad teſtimonium.

Circa ſigillum autem principis falſum com- 3.*Ad* mittentes clerici degradâtor, ollis character im- *audientiã* primitor, extorres eſſe iubentor.

In literis verò apoſt. qui per ſe, vel alios fal- 7.*Ad* ſum admiſint, cum fautoribus ſuis excom- *falſariorũ* municati ſunto, clerici officiis beneficiis priuantor, degradantor, ſeculari poteſtati traduntor, per eam quoque laici legitimè puniuntor. Qui autem tantùm vſi fuerint, clerici officiis beneficiis ſpoliantor, laici, donec ſatisfaxint, excommunicati ſunto. Idcirco qui literis apoſt. vti volet, eas priùs diligenter examinato. nec, ſi cauſabitur ignorantiam, ex pœnitentia impunis eſto. in his tamen & in illis malicia grauiùs quàm neglegentia puni-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tor. In his qui falſas literas impetraſsint idem obſeruator.

4. Dura. θεμα.ſi. Itaque qui falſas ſeſe literas habere cognoſc it, illas intra dies 20. deſtruito, aut reſignato. Ea de re frequens excommunicationis ſententia promulgator. quam qui incurrerit, ſine ſpeciali Ro. Pont. mandato, præterquam in mortis articulo, ne abſoluitor, præſumpta abſolutio nulla eſto.

5. Licet. Porrò falſitatis circa literas apoſt. multiplices ſpecies ſunto. Ea (vt generaliter dicam) ex qualitate carthæ, bullæ, filíve à cato indagatore deprehenditor.

6. Quam grau. Item ex continentia, & dictamine dignoſcitor. Exempli gratia: Literæ ſub nomine Rom. Pontificis deſtinatæ, in quibus epiſcopum filiú adpellat, aut vni ſcribens numero multitudinis vtitur, falſæ exiſtumantor.

2 Super eo Iudex autem quotiens ſcribta aliqua ſub nomine Ro. pontificis deſtinata falſi redarguunda viderit, fidem ne adhibeto, mādatum ne exequitor, præſentantem retineri facito.

8. Accedens. In literis tamen ſimplicis iuſticiæ falſum admiſiſſe ne quis facilè prҿſumitor. & qui eo comperto illis vti deſtiterit ne punitor.

9. Ex conſcientia. Sed & ex paucarum literarum raſura in loco non ſuſpecto reſcribtum falſum ne probator.

4. Dura in prin. His omnibus vt obuiam eatur, nullus apud ſedem apo. literas Ro. pontificis niſi ab eodem, eiúſve ad id commiſsis recipito. Si tamen ſublimior erit perſona: per internūcium prædicto modo recipere valeto. Qui ſecus faxit, laico